Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89513-p0001-3

IV, 101. 2,15.

24

M. C. C. H.

Nuptiarum Solennia

*Nobilisſimi juxta ac Ampliſſimi Juvenis*

# DN. MICHAELIS WIRTHII,

*Viri Nobilisſimi, Ampliſſimi & Conſultisſimi*

DN. MICHAELIS VVIRTHII, b. m.

Regiæ Lib. q; Epperienſis civitatis Primarii Senatoris, Juratiqve Notarii, Filii relicti,

SPONSI,

*cum*

*Nobilisſima, omniq; Virtutum genere inſtructisſima Virgine*

# CATHARINA ELISABETHA,

*Viri Summè Reverendi, Nobiliſſ. Ampliſſ. Præclarisſimiqve*

DN. M. DANIELIS KLESCHII, P. L. Cæſ.

Nobilis Hung. Eccleſiæ Olasſienſis Antiſtitis longè vigilantisſimi, Reg. Paſtor. in Comit. Scep. Oratoris Ordinarii Spectatisſimi,

*Ex nobilisſima, & ab omnigena virtute multò laudatisſima conſorte*

ELISABETHA GRUBERIA, Sempr.

ſuſceptâ filiâ primogenitâ

SPONSA,

*votis proſeqvebantur*

Patroni, Fautores, Amici VVittebergenſes.

*A. O. R. cIↃ IↃC LXXII.*

WITTEBERGÆ, Typis JOHANNIS HAKEN.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89513-p0003-4

*Ad*
*Reverendum perqvàm Præclariſſimumq́;*
*Virum*,

# DN. DAN. KLESCHIUM,

Oratorem & Poëtam Celeberrimum.

FAcunde Vates atq; Ocelle Muſarum
Decusqve, plenâ cui manu ſuas Phœbus
Et liberali ſponte contulit dotes:
Hymeneïum Poëta flagitas carmen
Noſtras Camœnas. Numquid hoſpitem claræ
Mirantur artes Cecropis cothurnatum,
Aut inſolentem ſuſcipit togam Roma?
Quâ voce Muſa regium trahat ſyrma,
Qvin Smyrna Mæonidem meminerit Heroa?
Nos Ordinis labor fatigat & faſces,
Queîs Phœbus æmulatur imperI decus:
Et quicquid à laboribus catenatis
Superſit otI vendicant ſibi curæ.

Sit

Sit gratulari, ſit pio ſatis plauſu
Sacra proſequi. Sua cuique metra ſunt voto,
Et nulla, ſi non carmini, tamen noſtris
Benè ominatis ſumma defuit verbis;
Ut quando concordi, quod auguror, nexu
Vites jugales alma fauſtitas felixq;
Amor maritat invidis procul curis,
Undas Lyéo mutet omnium proma
Et conda rerum larga Numinis dextra,
Veſtita myrto ſic in arduas Laurus
Se tollet auras, & comam feret cœlo
Latéq; frondes explicabit aprico
Virens in horto, mox putanda, qvum ſertis
Crinem paternis impedire cœpti ſint
Argutuli, totidemq; Muſulæ circum
Ludant avitâ in æde, Neſtorisq; ævum
Utriq; numeris comprecentur alternis
Seri Nepotes. Sic tua impleas vota
Poëta felix, & beatior Conjunx.

*Georgius Caſpar Kirchmajer,*
*Eloqv. P. P. h. t. Acad. VVitteb.*
*RECTOR.*

---

*OMnia perturbat Martis violentia, cœlum*
*Terræ confundit ſupera infera miſcet in orbe,*

Eter-

*Evertit miſerè ſacra cuncta, chorumq́; forumq́;*
*Vox Sponſi tamen, & Sponſæ vox perſtrepit usq́;,*
*Et Tu, Vir Reverende, paras jam feſta Hymeneja*
*Gnatæ, quam Sponſus prænobilis ambit, amatq́;,*
*Scilicet Excelſi thalamum ſervat, fovet, ornat.*
*Gratulor hos auſus, cœleſtia fata celebro,*
*Acclamo Sponſis* FELICITER: *Adſit* JESUS!
*Adſit & ipſe choro, cætum ſervetqve fidelem,*
*Adſit & ipſe Foro, Patriæ reddatqve ſalutem,*
*Reſtituat pacem, fluctus compeſcat abyſſi*
*Inferni, mœſtis ſuccedant tempora læta!*

F.
Abraham Calovius, D.
P.P. Primar. Elector. Saxon.
Superint. Gener.

QVem Bellona ſuis armis, qvem Martis alumni,
Turcica quem neqveunt flectere tela virum:
Hunc Venus alma ſuis, ſed non irata, ſagittis,
Hunc domuit blandis caſta puella ſonis.
Vivite concordes, & cum Mars claſſica pulſat,
Hic recubent uno pax & amor thalamo.

*f.*
*Johannes Meiſnerus, SS. Theol.*
*D. P.P. Facult. Theol Senior & Templi Cathedralis Præpoſitus.*

Infu-

INfucatus amor ſtabili qvos fœdere junxit,
Aſpera vis ſortis diſſociare neqvit.
Sæviat Hungaricis Aqvilo Mavortis in agris;
Inde faces veſtræ robora nempe trahent.
Accumulet laribus cœleſtis gratia veſtris
Multiplices vitæ proſperioris opes!

*Johannes Andreas Quenſtedt,*
*SS. Theol. D. & Prof. Publ.*

---

H*Ungariam Illuſtrem* magno conamine turbat
*Mars*, qui mox poſt ſe fert genus omne mali.
Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes,
*Mars* ceſſet *Regno*, ceſſet & *Eccleſiæ*!
Interea *Cuſtos Iſrael* non dormit ubiq;
In mediis turbis hic dare *læta* poteſt.
Non tacet *Hungariæ* vox *Sponſi*, *Sponſaq;* gaudet,
Et ſibi de cœlis gaudia quæque cupit.
*VVirthius* hoc probat, & probat hoc quoque *Kleſchia Sponſa*,
His *Sponſis* faveat ſemper, ubiqve *Deus*!

*feliciorum ominis ergo ſ.*
Johannes Deutſchmann/
*SS. Theol. D. & P. P.*

---

OMnis prorſus honos marceſcit & interit horti,
Lilia non rident, nec violæ radiant:
Fronde ſuâ quercum privat vehementia cauri,
Ut ſit prolixis deſpoliata comis.
Verùm, Sponſe, tuus torus extet fertilis hortus,
Ut molles poſſis cernere ſæpè roſas:
Non Te, nec Sociam, boreæ inclementia vexet,
blanda ſed adſpiret NUMINIS AURA, precor.

Joachimus Nerger / D. & Prof. Pandect. Publ. Curiæ Electoralis, Scabinatus, & Facultatis Juridicæ, quæ hic Wittenbergæ ſunt, nec non Judicii Ducalis in Marchionatu Luſatiæ Inferioris Aſſeſſor.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89513-p0008-2

CONnubii Veſtros animos dum vincula ſtringunt,
Seq; per amborum pectora fundit amor;
Auſpiciis faveat Cœlum, tædasq; perennes
Omnigeni fructûs proſperitate beet.

*Ita vovet ex animo*

Caſpar Lyſer, J. U. D. Curiæ
Electoralis Advocat. Ordin. & Rei-
publ. Wittenb. Conſul.

FElicitate conjugium, qvos fervido
Pioq; Amore dîa junxit gratia,
Felicitas haud major, haud præſtantior
Eſt toto in hoc mundo. Ille læta temperat
Adverſa vincit, ſeqve per ſe vindicat.
Felicitatem hanc VVIRTHE, veſtris comprecor
Amoribus, qvorum Deus cum cauſa ſit
Autorqve, qvotusqvisqve veſtrum haud prævidet
Thorum beatum & undiqvaqve floridum?

*Quod gratul. deprop.*

Conſtantinus Ziegra/SS. Theol.
D. & Phyſ. P.P.

IN thalamum Tibi Virgo venit caſtiſſima, WIRTHI,
Virtus & Charites cujus in ore ſedent.
Hâc ſociâ vitæ jucundos tranſige Soles,
A tragicæ Sortis nube remote procul.

*Ita gratulabatur*
*Lmq;*

Georgius Melchior Thilo, J.U.D.
& Reipublic. VVitteberg.
Syndicus.

CAſtus amor jungens thalami Sacra vincula Veſtri,
Sit proprius Vobis perpetuusqve, precor.
Caſtus amor faciat videatis pignora amoris,
Triſtia qvæ jubeant jurgia abeſſe procul.
Sic, ubi Vos manſit concordia Turturum amata,
Cornicis ſenium concomitetur eam.
Hocce beet proles, numeroſaqve turba nepotum,
Patris, Avi, lætum delicium, & Proavi.

M. Auguſtus Fleiſchhauer/
Eccl. Witteb. Archid.

---

WIRTHIUS, & claris natalibus orta Virago
KLESCHIA, connnbii vincula ſancta petunt.
Stirpe pares videas. Non eſt virtute ſecunda
Tam celebri Sponſo Sponſa adamata ſuo.
Sit præſto, his paribus, morum concordia, proles
Par, Matrem referens effigiemq; Patris.

M. Caſparus Schmidt/
Eccleſiæ Witteberg.
Diaconus.

---

VIta qnid eſt Hominis Sociâ ſine Conjuge *vitæ?*
Quod ſine Sole Polus, quod cibus absque ſale.
Quod ſine piſce Salum, quod ager ſine frugibus ipſis,
Et quod fronde carens Fraxinus eſſe ſolet.
Hinc &, dum nectis Thalami pia vincula caſti,
Cum Reliquis grator, *Vir Generoſe!* Tibi.

Sit

Sit *Tibi* Sol Conjux, propriâ quæ ſplendeat æde,
Dotibus eximiis condecorata ſiet.
*Juncti*, vivatis feliciter auſpice Chriſto,
Sit ſine lite Torus, non ſine Sole dies.

*Quod ex animo precatur*
M. Johannes Fabricius,
Eccl. VVitteb. Diaconus.

*Conjugium, Jesu, ſic ore & corde precamur,*
*Cœlitùs omnigenâ proſperitate bea.*
*Afflicto ſuccurre choroq́ʒ, foroq́ʒ, thoroq́ʒ,*
*Ut te Saxonia, ac Hungara terra canat!*

ſcrib. raptiſs.
M. Joh. Simon Schernhauer/
Diac. Subſt. Eccl.
VVitteb.

## Ad Sponſum lectiſſimum:

*Dum Mars Pannonico truculentus ſangvine turget,*
*Flagras, mi VVIRTHI, totus amore pio:*
*Ne* dubio *pugnes, ſed* fixo, Marte, juvante
Cœlo! ſic Victor viva trophæa feres.

dabat prolixiori animo,
ac calamo
*Simon Frider. Frenzelius,*
*Facult. Philoſ. Adj.*

EXeſte Sortis nubila; Pannonum
Triſulca cœlo cedite fulmina:
Satis, cruentis fœta nimbis,
Detonuit gravis ira nubis.

Pax Fauſtitatis conſcia munerum
Canthos per Urbeis ſidereos agat;
Et priſca Libertatis umbra
Belligerum moderetur æſtum.

Longo reviſent ordine compita
Priſci metalli ſecula; Civium
Fibras laborabit marito
Caſtus Amor religare nexu:

Quali medullas fixit arundine
Veſtras, ſerenæ germina Gratiæ,
Queis Stirps ſecundum fudit ortum
Hungaricis radians in oris.

Qvis VVIRTHIANÆ fulgura adoreæ,
*Bocatianâ* digna cani fide;
Quis KLESCHIANÆ mentis amplas
Neſciat, eloquiique gazas?

His nata claris pectora fontibus,
Nodo recenti dedita, poſteros
Vernate in annos, gloriamq́;
Volvite per ſeriem nepotum.

*Accinebant in Alma Leucorea*
HUNGARI.

LJeben/ und der Lieb genieſſen/
Kan das bittre bald verſüſſen.
Lieben/ und der Lieb ſich freuen/
Kan uns Menſchen gantz verneuen.
Lieben/ und der Liebe trauen/
Macht viel luſt'ge Tage ſchauen
Lieben/ und geliebet werden/
Iſt das beſte auff der Erden.

Alle dieſe Eigenſchafften
Können bey der Ey=Lieb hafften/
Da ſind Zweyer Hertzen eines/
Von dem andern läſſet keines/
Da hat ein Leib zweyer Seelen
Eins allein kan nichtes qveelen/

Eins

Eins allein kan nichts ergötzen
Beid' muſz es in Freude ſetzen.

Glücklich hat Ers' angefangen /
Mein HERR WJRTH er muſts erlangen /
Dieſe Lieb muſt Er erwerben /
Nun ſein Nahm wird nicht erſterben.
WJRTH und KLESCHJN ſind vertrauet.
Eine Seel in zweyen ſchauet!
WJRTH und KLESCHJN ſind vertrauet/
Gott durch ſie die Kirche bauet /
Welcher ſie bald laſſe ſehen
Jn der Wirthſchafft rümmer gehen /
Diß ſo ſie unſterblich machet/
Und Kind-freundlich ſie anlachet!

Alſo bezeugte denen neuen Eheleuten
ſeine Schuldigkeit Glück-
wünſchend
Johannes Kleſch /
von Jglo außm Zipß.

Bellona ſchäumend kriegt/ erregt der
Völcker Hertzen/
Es geht bund über Eck/ es ſcheint
die Welt vergeh'
Herr WIRTH dem Amor folgt/
und hat die Luſt am ſchertzen/
Wenn er die Liebſte ſieht/ vergeht
Ihm alles Weh'.
Dort geht die Unruh an/ es will auch
Freunde gelten/
Es kommt das Unglück ſchier dem
Nechſten auff den Halß.
Herr WIRTH der fraget nicht nach
Unglücks-ſchweren ſchelten/
Wenn er die Liebſte hat/ die iſt ſein ei-
nig Alß.
Wohl dem/ der ſolche Lieb aus ſeinen
Hertzen gieſſet/
Wohl dem/ der ſolchen Much auch in
dem Unfall hegt/

 Wohl

Wohl dem / der dieſe hat die Gegenliebe
ſchieſſet /
Die nur den Liebſten ſtets in ihren
Hertzen trägt.
Herr WIRTH hat alles dis / die
Lieb / den muth in ſchmertzen /
Der Liebſten GegenLieb / und alle
Liebes-Treu:
Drum kan in unmuth er mit muth ge-
treu nur ſchertzen /
Gott ſchaff' / daß dis von ihm gantz
unzertrennlich ſey.

Alſo wolte denen beyden neuen Ehleuten
ihre Hochzeit-Freude / in denen trau-
rigen Läufften verſüſſen
*Jacobus Chriſtophori, Hung.*
Rathsverwandter zu Crompach
in Ober BergStädten.

## Madrigal.

ER nehm' mit mir vor gutt /
Herr Bräutigam / ich will Ihm
geben

Dis

Die ſo ich hab'. Ein Wunſch-Gebet ſoll's ſeyn.
Gott längre Ihm das Leben/
Und ſchenck der Liebſten ſo viel Jahr
Als Er und ich mit Ihm ihr wünſch't.
Gott mehre Euer Paar/
Und ſchaff' daß ihr nicht länger bleibt allein.
Wenn dieſes iſt geſchehen/
So nehme GOtt mit Euch in Hut
Was er geſchenckt. Er laß Euch gutes ſehen.

Alſo wolte aus Befehl ſeines Vaters ſeine Schuldigkeit
denen beyden Adelichen neuverbundenen
erweiſen
JOHANNES EPHRAIM CHRISTOPHORI.
VVitteb. Saxo.

ICh der ich kaum kan lallen/
Weiß nicht/was ich dem neuen Paar
Soll reden zugefallen /
Es fehlt an allem gantz und gar.

Doch der ſich zugerichtet
Ein Lob/auch in der Säugling Mund /
Derſelbe nicht vernichtet /
Was ich ihn bitte zu der Stund.

Er

Er geb Euch allen Seegen/
Den ihr von ihme nur begehrt/
Auff allen euren Wegen/
Sey nichts als Seegen Euch beſchert.

Dis iſt mein Wuntſch. Der Himmel
Der gebe ſelbſt das Amen zu.
Vnd führ' aus den Getümmel/
Nach langer Zeit/Euch zu der Ruh.

Alſo wolte in der Wiegen lallend
wüntſchen

*Johannes Benjamin Chriſtophori.*
*VVitteb. Saxo.*



Zd 198

ULB Halle 3
002 040 255

5b

VD17

n.t.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89513-p0019-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89513-p0020-8

*M*

Nuptiar

*Nobilisſimi juxta*

# DN. MICHAE

*Viri Nobilisſimi, Am*

## DN. MICHAEL

Regiæ Lib.q; Epperienſis

Juratiqve Not

SP

*Nobilisſima, omniq; Vir*

*Vi*

# CATHARINA

*Viri Summè Rever*

*Præcla*

## DN. M. DANIELIS

Nobilis Hung. Eccleſiæ C

lantiſſimi, Reg. Paſto

ris Ordinar

*Ex nobilisſima, & ab omni*

*con*

## ELISABETHA

ſnſceptá fi

SP

*votis prop*

Patroni, Fautores,

*A. O. R.*

WITTEBERGÆ, Typ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89513-p0021-4